














CONSILIVM NOVVM DE PESTILENTIA, AVTORE P. DROETO, MEDICO, E Schola Parisiensi.

AD

ILLVSTRISSIMVM VIDAMVM CARNVTENSEM, PRINCIPEM CHABANEUM, *mecœnatem suum liberalissimum.*



Argentorati apud Bernhardum Iobinum. M. D. LXXVI.

ILLVSTRISSIMO VIDAMO CARNVTENSI, PET. DROETVS Medicus S.P.D.



ANTA est tuorum erga me beneficiorum (Mecœnas) quibus me toto vitæ tempore tibi devinctum esse voluisti: cum fortunas tuas mihi largiendo, tùm raras animi tui dotes communicando, ut ea omnia, si velim, dicendo persequi profectò non possim. Primum omissis bonis fortunæ, quibus me satis auctũ reddidisti, libenter commemorarem, quas regiones tecum peragravi: quæ naturæ secreta tua unius ope & industria didici: quas quæstiones ex naturæ penetralibus depromptas toties mihi alijsq; Medicinæ Professoribus ꝓposuisti. Quibus illi mecum attoniti, incredibilem tuam eruditionem, & ingenij acumen valde suspicerent. Ipse ego memini quoties Hippocra-

tis & Galeni Placita evolvi, ut tibi uni cunꝯta acutiùs rimanti, quā ut plurimùm in ſcholis noſtris publicis fieri ſolet, ſatisfacerem. Quare tantos mihi aculeos addidiſti, ut quicquid in me eſt, non vulgaris eruditionis in arte medica, quod tamen citra iactantiam dici velim, id uni tibi aceptum referam. Tua enim unius opera & prudentia, in Anglia, Germania, & permultis alijs locis, quoſq; Medicos peritiſſimos conveni: tuo unius favore, quamplurima ab illis in noſtra arte abſtruſa cognovi, uſu & experientia vera eſſe deprehendi, unde multis morborū generibus poſſem mederi. Inprimis nonnulla rara ſaluberrimaq; remedia contra febrem quartanam, contra peſtem contagioſam, calculum comminuendum, adverſusq; aliquot alios contumaces morbos, nullis medicorum ſcriptis adhuc, quod ſciam, evulgata, collegi. Quæ cum Medicis non vulgariter eruditis & mihi amicis communicarem, tantum potuit illorum apud me auctoritas, ut multoties flagitando à me impetraverint, ut quæ contra peſtem remedia haberem, miſeris mortalibus

con-

conſulendo, in publicum proferrem. Itaque etſi memor ſim, Mecœnas, tuorum erga me meritorum, quibus me measq; fortunas tibi in perpetuum devinxiſti: tamen cum ingenui & liberalis ſit animi, plura velle debere ei cui multum debeas, hoc unum adhuc impetratum velim, ut tuo clariſſimo nomine liber tutus, tua ſingulari doctrina iamdudum probatus, atq; tua maxima auctoritate fretus, in manus hominum perveniat, quò poſteritas te Principem non armorum tantum, ſed etiam artium liberalium ſtudioſum ſummis laudibus tollat & ſemper admiretur. Bene vale. Ex Bliotheca noſtra I I I I. Idus Iunij. M. D. LXXII.

P. DROETI MEDICI
ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΟΝ AD ILLVSTR. I. TORNEMINE, EQVITEM *Rhodium*

SI tibi ſcripta placent Doctorum occulta uirorum,
Et ſpernis quidquid mobile uulgus amat:
Attente releges noſtrum de peſte libellum,
Qui certam abſtruſæ continet artis opem.

C. Coronei Vernolini Carmen ad Lectorem.

Longè falluntur, nil dictum qui prius aiunt,
Quod non ſit, paucis condita carta docet.
Antiquus morbus morbo præſentior omni,
Sed certa & nuſquam dicta medela datur.
Non ueteres auſim inſimulare, tacere nec æquum,
Cauſas nec ſedes ſat tetigiſſe luis.
Si fuerint incerta nihil medicamina mirum,
Non bene perſpecta ſede locoque mali.
Vani nihil ſcripſit ſatis experientia firmat:
Quæ in medica primis arte probata fuit.
Num ſumma laude hic nouus accumulabitur author?
Hinc uetera abſcedant, res noua digna nouis.
Ciuibus interea noſtris congratulor, illa
Vt quibus obtigerit laus, habuiſſe uirum.

CON-

CONSILIVM NOVVM DE PESTILENTIA.


ORBI fiunt (inquit Hippocrates) partim à victu, partim à ſpiritu, cuius attractione vivimus: à victu Sporadici: à ſpiritu Endemij & epidemij excitantur. Sporadicos morbos dicimus eos, qui pro diverſo, & vario vitæ inſtituto, hunc vel illum prehendunt, ut βρογχοκήλη, ſeu gutturis hernia mulierculis ad Lemanum lacũ, & Genevæ accolis, ex potu aquarũ nivearum: Splenes pleni & magni, ex potu frigidarum, glaciatarum & turbatarum aquarum: ut qui ervum comedebant, hos genuum dolor vexabat: qui verò leguminibus veſcebantur, cruribus debilibus fiebant. De bis morbis egit Hippocrates lib. de ratione victus acutorum: auctore Galeno comm. in ſententiam IX. lib. II. acutorum. Dicti ſunt autem Sporadici morbi à Sporadibus Inſulis, quæ hûc & illuc ſparſæ & quaſi pallantes ſunt: ut ve-

Hipp. lib. de natura humana.

Gal. in præfat. lib. 1. Epid.

nas aliquot, parvis intervallis per cutim ſparſas, σποράδας Galenus vocavit lib. iij. administra. anato. & lib. de anato. venarum. Endemij morbi ſunt illi, qui ex vitio cœli, vel aëris particularis perpetuò quempiam locum tenent: ut Ariſtotel. lib. de mundo ad Alexandr: recitat auram venenatam ex putidis ſpeluncis expirare, quæ partim fanatico furore afficiebat propius accedentes, partim tabifica vi abſumebat: Eſt etiam quæ prorſus enecet, ut in Phrygia: ac fontes ſunt complures, & lacuſtres bituminoſęq; ſcaturigines, vel pigræ, ſtagnantes aquæ, metallorum fodinæ, & avernus & lucrinus lacus, quorum teterrimus halitus etiam lambentes canes vel tantillum, & aves prætervolantes, dum eluctantur, interimit. De his morbis egit Hippo. lib. de aere, locis & aquis. Epidemij verò morbi dicuntur apud Hip. duobus modis. Vno modo epidemius ſumitur pro ea affectione, quæ multos è vita tollit, ſive ſit diſſenteria, tertiana febris, vel alius eiuſdem generis morbus, qui uno in loco populariter graſſatur: ſæpius tamen λοιμὸς καὶ διάθεσις λοιμώδης ſumi-

Gal. eodem loco.

tur

tur pro Pestilentia, quæ omnium ætatum homines præhendens, multos è vitæ præsidio deijcit: sive ex aëre primùm vel per contagium id acciderit: de his morbis egit Hipp: lib. Epid: Quo de genere igitur morborum sit pestis, quid sit, quasq; habeat causas, dicendum. *Gal. eodem loco.*

CAPVT. II.

PEstis est aura contagiosa, non morbus ipsa quidem, sed Pestilentis morbi coniuncta, & proxima causa, intra vasa excitata, vel foris ascita, spiritus viresq; corporis rectrices repentè labefaciens: Huius pestilentiæ causam, magna pars scriptorum in aere ponit, sed diverso modo: alij enim venenum per aera sparsum, & ab astris immissum existimant: alij verò putrefactum aerem dicunt, illiusq; putredinis causam acceptam ferunt coniunctionibus & oppositionibus astrorũ, ut in eclipsi syderũ, Solis & Lunæ, in coniunctione Saturni cum alijs maleficis Planetis: unde tam diversæ tempestates, variæq; aeris mutationes accidunt, atq; ex illis variæ putredines. Aer enim manife- *Gal. 2. febr.*

ſtas habet mutationis cauſas, permiſtionem ſcilicet alienæ, nobiſque adverſiſſimæ ſubſtantiæ, nempe putrentis halitus: ob idque putreſcit & peſtilens redditur, naturamq; veneni induit. Quo fit ut ſecundum analogiam modò in homines, modo in bruta,& ſata hæc peſtis ſæviat: Et pecori perquã multa valde vulgaria proſunt, quæ obſunt homini: Contra afferunt internecionem quę ſalubria. Quemadmodum etiam nonnulli pravorum ciborum uſum Peſtilentiæ cauſam agnoſcunt: ut ſi quis ex huiuſmodi victu in peſtem inciderit, quod per annonæ caritatem evenire aſſerunt, ſtatim per contagionem alios inficiat, ſicq; vbi ille morbus vires ſerpendo acquiſiverit multosque omnium ætatum & ſexus prehenderit, peſtem appellant. Interdum ex inferioribus, rebus putrefactis, ut ex cadaveribus inhumatis, herbis putrefactis, cloacis, & his ſimilibus aerẽ infici putãt, q poſtea inſpiratus auctor & cauſa peſtis exiſtit: Vt de puteo Patavino tradũt. Nemeſim verò hanc eſſe divinæ Adraſtiæ, inculta gens noſtri orbis ultima & tuetur & profitetur, cuius

rei

rei amplissimum etiam habemus testimonium apud Ezechielem, & ij. Reg. cap. xxiiij.

Iosephus lib. 7. cap. 13.

CAPVT. III.

VIS illa veneni sensus nostros effugiens, in humore vel alio quovis corpore consistit: incorporea enim virtus tantam vim nostro corpori inferre non potest. Itaque non parum referre arbitramur, perfectè intelligere in quã partem corporis delitescens hoc venenũ suam tyrannidem exerceat: Cùm ex diversis sedibus & locis, quibus sese obfirmat, non solùm variæ pestis species emergant, sed etiam diversa curandi ratio necessaria sit. Nonnunquam enim in propriam cordis substantiam venenum illud receptum, hecticæ febris quandam speciem inducit: Interdum spiritibus correptis hominem statim conficit, ut ante sex annos vidimus in ea pestilentiali labe, quæ Lugdunum depopulata est: ubi homines obambulantes per viam exanimati cadebant in terram. Aliquando etiam focum & fomitem habet in iecore, & pro ratione

Sic Gal. com. 3. in lib. 3. Epid.

humoris,

humoris, quem infecit, febrem habet comitem, ut Synochum si sanguinem infecerit: καῦσον si bilem: idem esto iudicium de reliquis humoribus. Huius generis pestis ante quindecim annos grassata est Ebroicis & Vernolij, ubi Chirurgus à nobis edoctus, multos Dei gratia servavit: quo tēpore Iohannes Renart Pharmacopola doctissimus, civibus nostris insignē operam præstitit. Accidit etiam interdū, ut aer ille venenatus per nares in cerebrum delatus ipsum primariò lædat, horum autem omnium fidē facient ea quæ sequuntur.

CAPVT. IIII.

Lib. de Glandulis.

SCITVM est ex Hippocr. & Arabum familia, partes principes habere sua emissaria, seu (ut illi loquuntur) emunctoria, in quæ, quidquid illis molestum fuerit, deponunt, præsertim si hisce partibus robur accesserit: atq; etiam inde coniecturam faciunt de parte affecta: ut si in inguine bubo suboriatur, affectum subsistere in iecore, & partibus diaphragmate inferioribus, concludunt: si autem in alis

alis tumor apparuerit, cor & eas partes, quæ ſunt ſupra diaphragmate inferioribus, affici dicunt: ut in cerebro malũ eſſe colligunt, ſi ponè aures, aut in partibus eis vicinis, virus illud abſcedat: quamvis interdum accidant parotides, cùm maior calor in altum materiam ſuſtulerit, ut autor eſt Gal. Com. in AEphra. lxxv. lib. iiij. Vrina etiam noſtram hanc ſententiam confirmat, quæ interdum eſt turbida, flava, & alba, ſicque eam variari animadvertimus pro humorum vitio, & diverſa partium affectione: ut ſœpius carie exeſo cranio, laceris ictu, aut putrefactis meningibus, & pure intra cranium collecto, videas lotium parum aut nihil mutatum. Sic ubi venenum illud ſolidam ſubſtantiam partium depaſcit, urinæ ſanis ſimiles cernuntur. Quam rem etiam confirmabant ea quæ mox tradentur de ſignis.

CAPVT. V.

SED cum antea à nobis poſitum ſit, hanc luem eſſe in aere, quem inſpirando attrahimus, vel qui per auguſtiſſimos cutis meatus, arteriarum motu re-

cipitur in intimos corporis recessus: quî fit ut non semper cor afficiatur, cùm in libera spiratione, attractus ille aer à pulmonibus, facilius cordi propter viciniam, virus suum communicare possit, quàm partibus remotioribus, iecori scilicet & cerebro. Memineris (inquit Galenus) hanc communem rationem, ab eodem statu genitũ, omnibus putrem humorẽ, non easdem partes obsidere, quòd nec per naturam omnium in eadem conditione corpus esset eo statu, sed esset alia pars alia infirmior. Solent enim partes robustiores & fortiores, qualitate vel quantitate molestũ humorem, in imbecilliorẽ transfundere & deponere. Quapropter si cor natura, vel ope medica robustius fuerit, auram illam venenatam excutiet, & ad iecur, vel cerebrum demandabit. Diversa etiam putredinis analogia in causa esse potest, neque enim quidquid agendi aliquid vim & facultatem possidet, eam protinus in obvia quæque exerit, sed agenti cum eo quod patitur, magna prorsus naturæ similitudo intercedat necesse est: Sic dicimus naturæ, vel substantiæ similitudine,

3. Com. in 3. Epid.

Gal. cap. 41. de different. feb.

ne,medicamenta hunc vel illum humorem attrahere. Propterea rectè veteres dixerunt, omnia in omnia non agere, sed ea solum quæ agentis, materiæ, & applicationis certam rationem habent: quemadmodum enim naturali dissidio, ephemerum colchicum, & vipera inimicitias exercent cum iecore, ut ex dissenteria hepatica, hydrope, & alijs symptomatis, quę utrumq; excitant, facile intelligi potest, ut quarundam ferarum morsus icterum facit: converso in bilem sanguine. Porro hyoscyamus & aspis cerebrum facultatis animalis sedem exagitant: hic somnum inexpugnabilem adfert, ille vero mentē perturbat, quod frigore non facit, ut nuperi scribunt: Nā Brionia quæ calida est, id etiam efficit, ut nec summum frigus aizoi, lactucæ aut papaveris, animum immutat. Basiliscus spiritus absumens hominem de repentè enecat, quod visu & sibillo efficere tradunt. Taxus verò calidis regionibus, præsertim umbra sua dormientem illicò suffocat, ut cicuta suo frigore calorem innatum extinguit. Tam subitæ autem & repentinæ mortis causa non aliunde

Gall. cap. 7. lib. 5. loco. aff.

Gal. lib. de theriaca ad Pisonem.

Gal. eodem loco Diosc. lib. 4.

aliunde proficiſcitur, quàm ex proprio veneni genere, quod arcem vitæ primo impetu expugnat: eſt enim omnibus rebus ſua peculiariſq; mixtio, ex qua ſubſtantiæ proprietates emergunt. Hæc autẽ, non minus aeri, quàm plantis aut brutis communia ſunt: putredinis ergo, quæ in aere eſt diverſus modus, diverſas corporis noſtri partes, alio atq; alio modo afficiet. Qualis enim aer fuerit, tales humores & ſpiritus eſſe oportet, in quibus integritas aut detrimentum partium conſiſtit. Hinc eſt quod ſcripſit Hippocrates varias temporum mutationes autores eſſe diverſorum morborũ: ut ſi æſtas ſicca & Aquilonia fuerit, autumnus verò pluvius admodum & auſtrinus, ſubſequenti hyeme dolores capitis, tuſſes, raucedines, gravedines: nonnullis etiam tabes accidit: Diverſa vero atque alia æſtatis & autumni conſtitutio, alios ab his morbos gignet: Ita ut videamus interdum morbos à cerebro, aliquando vero aliarum partiũ, pro varia cœli temperie, ut doctiſſimè monuit Hipp. lib. iij. Aphoriſmorum lib. Epid. & de aere &c. Plurimum etiam lucis

Hip. lib. de aere. &c.

noſtræ

noſtræ huic ſententiæ allatura eſt autoritas D.A. Parei (quem pro tertio Aeſculapij filio poſteritas agnoſcit) ille aperto lectulo, in quo peſte correptus decumbebat, ſenſit fœtidiſſimum odorem elatum è peſtifero bubone & carbunculis ita cerebrum oppreſſiſſe, ut ſtatim prolapſus in terram animo linqueretur, ſine ullo cordis (ut aiunt) dolore aliove ſymptomate, quod cor, ventriculũ vel aliam corporis partem affectam eſſe demonſtraret: tandem recollectis viribus ſurrexit, cœpitq; cerebrum auram illam contagioſam, tam violenta ſternutatione excutere, ut ſanguis è naribus profluxerit: quod ſi (inquit) cerebri facultas expultrix fortis & robuſta nõ fuiſſet, vitã tunc cum morte commutaſſem: oppreſſa & expugnata animali facultate. Vides benevole lector, tanti viri exemplo & iudicio, eiuſmodi venenũ primo impetu cerebrum offendere poſſe, illæſis reliquis partibus. Eſt enim perennis iugiſq; aeris in cerebrum attractio, rectaq́; per oſſa ἠθμοειδέα in anteriorem cerebri ventriculum, ubi fit odoratus, tranſmittitur, quò fit ut eam quam contraxit *Gal.com.in lib.Hipp.de humoribus.*

malignitatem promtius & facilius cerebro quàm cordi cõmunem facere queat. Nam in cordis ſedem non, niſi prius elaboratus in pulmone, evehitur, ubi mora, venenoſam qualitatem aliqua ex parte, deponit, aut pulmonis cavum, thoracis membranas, aut interſepiens mediaſtinũ vitiat, unde nonnumquam ſanguinis ſputum in peſtilentia ut Guido de Cauliaco animadvertit in ea peſtilentia, quæ Avinione prius gliſcens pervagata eſt univerſam Europam. Anheloſa gravedo, Galli coqueluche vocabant, quæ elapſis annis per totam ferè Europam debacchata eſt, ab aere cauſam habuit, ſeque ſuo impetu proprioq; veneni genere peſtilentem prodidit: in ea tamen cerebrum per idiopathiam affectum fuiſſe, commoſtrabant omnia ſymptomata: ut gravitas & dolor capitis in ſomnum propenſio, coriza, deſtillatio in pulmones & ventrem. Simile eſt illud Hippocr. iij. Epid. quo loco peſtilentem ſtatum deſcribit: Multi è faucibus laborabant, vox erat viciata, alvi turbatæ & tabidi multi, ut proxima hieme anginæ contagioſæ hiſce in partibus non parum

Gal. in com.

negotij

negotij nobis exhibuerunt , idq; accidit cùm austro successisset aquilo, ex aphoris. xxiiij. lib. v. Subiungit postea hippocrates, morbos, quos invehit pestilens aer, qui iecur offenderit, febres ardentes, hydropes, pubis & pudendorum putrefactio, & cum profundiores radices putredo egisset, multis (inquit) brachium & solidus cubitus decidit. Eiusdem generis fuit illa pestis, quæ Athenis sæviebat, ut citat Gal. ex Thucidide. Quod si hæc te non satis moverint, memineris lepram contagiosum malum esse: contagium autem hoc accidit, ex vitiato aere, & infecto à leprosis, qui postea à sanis inspiratus, leprosos illos facit, cõmunicato vicio iecinori, in quo solo lepra sedem habet. Nec minus peste laborans circumstanti aeri vitiũ insperget, qui adstantes inficiat eadem specie pestis: quo fit ut ille morbus cum ijsdem symptomatis, nonnumquam perpetuetur in unum aut alterum annum, ut in Anglia accidisse meminimus. Εξανθήματα consensu veterum à colluvie cœlitus in aerem demissa ducunt originem, suntque è genere epidemiorum morborum, atq;

Lib. 1. feb. & lib. 9. simpl.

etiam pernitiosæ pestilentiæ πρόδρομοι, quorum tamen causa fervori & ebulitioni sanguinis debetur, proptereaq; affectionum iecoris soboles erunt. At in his manifestissimum esse contagium etiam mulierculæ norunt, Rasesq; alteram pestis speciẽ facit. Hæc autem omnia quæ dicta sunt, commostrant aerem pestilentem, modò cerebrum, modò iecur & cor offendere, pro vario modo putredinis & corporis dispositione diversa. Vt enim facilius ignis suscipitur in stipula, quàm viridi ligno: sic aura illa venenata afflata, corpora pravis succis turgida, facilius affricat, & pervadit, quàm illa, quæ eiusmodi succorum labe inquinata non sunt: ob eam causam, ex multis, qui peste correpto assistũt, videas nonnumquam unum tantum servari incolumem: sic non omnes qui lippientem inspexerint, lippi fient: sed ij duntaxat in quos contagium agere potest. Hęc eadem ratio est, cur lippitudo pestem magna ex parte præcedere soleat, ut scribit Aphrodisæus. Quoniam (inquit) pestis spiritus effectio est, quod cùm spiritus motus, viciatusq; efferatur ad caput, oculos perturbat

Aphrodiseus quæst. 88. lib. 2.

Quæstione 104. lib. 2. problem.

bat, eosq; prius, quàm cætera vitiat, utpote qui tenuior & mobilior sedem adeat oculorum. Vicinum est huic quod Aristoteles non inconcinnè quærebat: quomodo ea quæ auditu tristia nobis occurrunt, horrorem incutiant: & notæ affectionũ, quæ patent affectui, similes affectiones in nobis creent: dentes enim stupescunt, cũ alios rem acidam edentes conspicimus, et serra dum exacuitur, & pumex secatur, inhorrescimus. Horum omnium causa Aristoteli spiritus est, qui nostrum subiens sensum movere nos solet, & quæ in corpore nostro latent immutat, & sœpe interimit, facilius autem propter analogiam ea, quæ sunt in corde, cerebro & iecore spiritus immutabit, quàm extremos dentes. Hæc tamen vulgo aut novis scriptoribus, non tam facilè persuaseris: quàm malè olens & fœtidum lutum istius civitatis, cerebro soli infensum. Colicus dolor (cuius post Hippocratem meminit Paulus AEgineta) hoc anno fuit revera epidemius & exitiosus: Omnes enim facti sunt paralitici, vel epileptici, & his non pauci interierunt, vel in ipsa accessione,

Quæstio.5.6. problem.

Lib.3.cap. de colico dolore: & cap. de paral. & Hipp. in coacis.

vel paulò poſt: quemadmodũ in ædibus noſtri mecœnatis, & in cœnobio Caſę Dei, prope noſtras ruglas obſervavimus: non potuerunt enim virgines huius cœnobij, aliter ſibi ſalutem quærere, quam fuga & loci mutatione. Ante quindecim annos iſte tyrannus cives noſtros ſolos opprimebat, præterita tamen hyeme, totam hanc viciniam occupavit: ut anno M. D. LIIII. Abbevillæ graſſabatur: de cuius curatione in libello noſtro de morbis hęreditarijs, favente Deo optimo maximo, dicemus. Habes benevole lector, de cauſis, et ſedibus peſtilentiæ, audi de ſignis.

CAPVT VI.

Si in ſpiritibus, ſigna.

SI in ſpiritibus putredo contagioſi aeris fuerit, calor nõ eſt mordax, neque pungens, in pectore ægri maiorem calorem ſentiunt quàm in reliquis corporis partibus, pulſus non eſt in totum imbecillis, ſed aliquantò velocior ſolito, nõ tamen adeo frequens ut quando in humoribus peſtis conſiſtit: urina eſt naturali ſimi-

similis,nullus sudor erumpit, sed tantum mador in fronte & cervice conspicitur, lingua est arida,& aspera: neque multum sitiunt,neq; hûc neq; illuc se iactant, propterea quòd vis naturalis in totum prostrata est : continuo illis anima deficit, neque pustulæ,papulæ,aut alvi profluviũ illis supervenit , sed subita mors in propinquo est , nisi primo morbi insultu provideatur.

Quando vero substantiam solidam cordis putredo invasit , febrem quasi hecticam (ut diximus) infert: in qua calor magnus non est,sed qui cordis ipsius substantiam putrefacit & absumat , ipsamq; cum alijs omnibus,quæ insunt,extorrefacit: hi se febrire nec ægrotare putant, & cùm primùm cibum assumserint , sudore frigido madent,pulsus illis est mediocris, naturali propemodum similis, sed paulò frequentior & imbecilior: urina naturali similis est,neq; hi delirant, neque alvi pro fluvio, aut alio symptomate conflictantur. Eiusmodi pestis grassata est Lugduni & Viennæ anno M. D. XXV. quemadmodum refert Montuus in alosi.

Si in substantia cordis, signa.

Si attractus per nares aër pestilens, aut aliunde cerebrum læserit, signa sunt tremores & mœstitiæ, dolores in capite ægroti sentiant, primo morbi insultu delirant, defluxio pituitosi vel biliosi humoris è cerebro in ventriculum, pulmones aut subiectas alias partes, propensio in somnum aut vigiliæ superfluæ, tumores in collo, & secundum aures, vertigo, aurium sonitus intra seipsas, facies rubra, pulsatio temporum. Hæc pestis sævijt in Avernia anno M. D. XLVIII.

Si in cerebro, signa.

Nonnulli sunt in ea opinione ut existiment pestem esse tertiam speciem causonis, eamq; excitari volunt ex sanguine melancholico, vel putrescente, aut propter putrefactionem ebulliente: Idq; colligunt ex similitudine, quam cum quartana febre continua habet, & tumoribus, qui per eas febres apparere cõsueverunt: Attamen nisi prorsus hallucinata fuerit universa antiquitas, atq; etiam isthæc erudita ætas nostra, non est ipsius affectus τὸ τὶ ἔιναι febris. Nam tametsi hæc plurimũ comes sit molestissima, & eiusdem causæ alumna: attamen toto genere differre indicat

Si in iecore fuerit, signa.

dicat

dicat ἡ θεραπεία, ut loquitur Hippocrates. Quoniam autem in iocinore officina ſanguinis & reliquorum humorum à natura collocata eſt, uniuſcuiuſque ſigna trademus: Primumque de ſignis, quæ auram illam venenatam in ſanguine ſubſiſtere commonſtrant, dicendum. Sunt autem calor non mordax, ſed blandus & mitis, laſſitudo tenſiva totius corporis, deiectiones malè olentes, liquidæ & copioſæ, decubitus ægrotantis ſupinus, capitis gravitas, temporum pulſatio, delirium poſt quartum vel ſeptimum diem, ſitis nulla aut exigua eſt, lingua ſordida, urinæ principiò exalbidæ, deinde rubĕntes & confuſæ: in univerſo corporis habitu, præſertim tamen dorſo, pectore & brachijs puſtulæ erumpunt rubentes, pulicum morſibus non abſimiles.

Si in bile malum hoc conſiſtat, ægri inquietudine quam Græci λίοσμον dicunt, vexantur, tantum incendium in præcordijs conceptum ſentiunt, ut frigido in loco decumbere ſemper expoſtulent, quãvis exteriores partes minimè caleant: facie ſunt pallida, & per intervalla rubra, val

Si in bile ſigna.

de ſitiunt, linguam habent præaridam, vigiliæ adſunt perpetuæ: Spiritus graviter olet, difficilis adeſt ſpiratio, atq; ob eam & ſummum calorem internum, aerem continuo attrahere deſiderant: deiectiones alvi bilioſæ ſunt, tenues, fœtidæ & pingues: Interdum urinam reddunt valde flavam, aquoſam & tenuem.

Si in pituita. Crudiorem partem ſanguinis cum lues illa infecerit, adeſt ſomnus continuus, corpus eſt torpidum, & membra laſſa, ructus acidus, tumor ædematoſus & alia denique ſigna, quæ prædominantem pituitam oſtendunt. Ideoquė teneræ, & humidæ naturæ facilius corripiuntur quã ſenes, aut laboribus dediti, vel qui frigido & humido ſunt temperamento, frigidiſq́; cibis educati.

Si in bile atra. Vbi fæcem ſanguinis aër peſtilens occupat, ægri admodum triſtes & mœſti atq; ſoliciti ſunt præter conſuetudinem, mente alienantur, pulſum exiguum & profundum habent, lotium vino granatorum ſimile, ſubnigrum, abſceſſus & puſtulæ quacunq; in parte corporis fuerint, humorum à quibus excitantur, colorem & ideam referunt.

CA-

CAPVT VII.

HActenus de ſignis, nunc agendum de curatione, quæ in duobus poſita eſt, in præcavendo & profligando morbo: præcavetur aër peſtilens multis modis: Primò, ſi illius aditus, ad ædes noſtras impediatur: ut legimus Marcũ Varronem Corciræ feciſſe: Ille enim cum videret in omnibus ædibus vicinis ægros decumbere occluſit feneſtras, quæ auſtrum recipiebant, & alijs nonis introduxit aquilonem, ſicque totam ſuam familiam incolumẽ ſervavit: ſed quod in auſtro fecit Varro, faciendum in zephyro, favonio & ſubſolano putamus, ſi prudens & diligens Medicus animadverterit flantibus ijs ventis, peſtem inſoleſcere. Sic locorum mutatio neceſſaria erit, ut ab infimis ad altiora loca aſcendendum, ubi ex aëris putredine ortum habuerit peſtis. Si verò venti ab una regione, in aliam peſtem tranſvexerint, ex altiori manſione ad humilem confugiendum, ubi ſolum aquoſum ſit, & cœlum craſſius, quod dificilius vim ſu-

periorum

periorum ſyderum excipiat. Delecta domo emendandus eſt aer peſtilens, ſuffitu earum rerum, quæ vel manifeſta vel occulta facultate eiuſmodi veneno adverſantur, ut ſunt trochiſci qui ſecãtur. Recipe ſtirac: calam. benioni ana xxxj. roſar. rub. lavendulæ Cyperi un. cum aqua roſarum & tragacant, fiant trochiſci, paretur ſuffitus in foculo ex illis, vel gallia, aut alipta moſcatis, & aviculis Cyprijs. Ligna enim & herbæ quæ ſuavem ſpirant odorem, non parum ad hanc rem conferunt ignibus iniecta, ut roſmarinus, ſalvia, Lavendula, Laurus, cupreſſus, iuniperus & eius baccæ, Xiloaloes, cinamomum, cariophilli. Aſperſio etiam odoratarum aquarum per cubicula, malignitatem aeris emendat, ut Lavendulæ, Maioranę, ſed hæc udo, nubilo aut frigido cœlo ex uſu erunt. Nã caleſcens aer, celerius & promptius in noſtra corpora penetrat, & aliena qualitate facilius imbuitur: ut annotavit Avicennas lib. j. cap. de tempeſtatum varietate: Curandum eſt igitur ne incaleſcat vehemẽtius, aſperſione oxicrati, aceti roſati, ſalice, nymphea, acoro vulgari, & ſimilibus ſtratis.

CAPVT VIII.

NEC ſatis eſt hoc modo emendaſſe aerem, ſed tum intus ſumtis, tum admotis corroborandæ ſunt principes partes, ut facilius huic venenatæ auręreſiſtant: Inter ea quæ à Græcis περίαπτα dicuntur, duo maximè probamus: unum ſi ex avelana perforata interior nucleus cum acicula extrahatur, deinde argento vivo repleatur, & ſuſpendatur collo: Mirum enim in modum, nos tutos à peſte reddet. Hoc remedij genus ante duodecim annos accepimus ex Medico illuſtriſſimi defuncti Domini Vidami. Ille enim, cum Henricus ſecundus Galliarum Rex militem in Germaniam duceret, in obſidione Metenſis civitatis, nullo alio remedio ſe defendit à peſtifera lue, quę tunc maximè ſæviebat: Neque ſe ſolum, ſed etiam Chirurgum qui peſte correptos inviſebat, & tractabat. Huius remedij meminit Mar. Ficinus. Alterum remedium eſt arſenicum criſtallinum & rubeum, cuius effectum didicimus Argentinæ & Baſi-

Basileæ anno M.D.LXIIII. quo tempore per totam ferè Germaniam pestis grassabatur. Sed quoniam abundè satis de hac re disseruit Georgius Agricola lib. iij. de natura fossilium, & post eum Theodosius & Montuus, nos duntaxat formulam huius remedij describemus, quæ talis est: Recipe arsenic. cristall. & rubei un. partes æquales, reduc in pulverem, ex quo cum ovi albumine vel mucagine tragacanti, formabis tabellam crassitudinis unius digiti, quam serico duplici involutam, admovebis regioni cordis. Cavendũ est interea ne madescens arsenicum exulceret cutem, diligenter ergo detergendus est locus mane, vel alia hora si sudarit ægrotus, alioqui linteum mundum interponere debes: Arsenicum enim admotũ non minus cor ipsum corroborábit, quã lienem, ut autor est Trallianus: non autẽ id agit ob assuefactionem, ut scribit Theodosius. In hoc enim abundè πρόνοιαν suam Deus explicat, cum perniciosa & deleteria docet nostræ utilitati inservire: quemadmodum Galenus ex vino vipero demonstrat, undecimo simplicium: & neo-

Lib.8. cap de scyrro lienis.

terici

terici experimentum olei ſcorpionum ad peſtilentiam, tam fœlici ſucceſſu tranſtulerunt, ut ſola huius olei inunctione peſtilentis aeris malignitatem averterint: exemplo eorum, qui ulcera maligna in pedibus habent. D. Ambroſius Pareus conſulit, ut inviſuri ægrotos, curent ſibi fieri fontanellas in brachijs & tibijs, quoniam natura per ea loca, quicquid noxij humoris ſubeſt in corpore, expurgare conſuevit, illudq; relegabit virus, quod ad principes partes appulerit. Probatur etiã à quibuſdam unguentum factum ex ſucco laſerpitij, adipe ſerpentum venenatorum ex vitriolo, vel ex ijſdem, ſi fiat maſſa lata ſerico involuta, & imponatur cordi & arterijs: præterea uſi etiam ſumus ſequenti linimento, non tantum in peſte, ſed etiam in cordis palpitatione, quod ita habet: Recipe ſucci cardiacæ unc, unam Cãphor. drach: ſem. croci ſcrup. j. cũ cera ſuffic. fiat unguentũ, quo ungatur regio cordis: vel è ſucco bugloſſi, borraginis, cum croco fiat unguentum. In eundem uſum ex roſis, violis, ſantalo rubeo, Cinamomo, Cariophil. Spica nardi, flore La-

vendulæ, corticibus arantij, & agaloctio, paratur eo modo qui ſequitur, Recipe trium ſantalorum, roſarum, abſynth. agrim: ana unc. ſem. Hæc in pulverē ducta coquantur igne lentiſſimo per ſesquihoram, & ubi aqua ſatis colorata fuerit, percoletur per linteum cum forti expreſſione, tum decoque eodem igne ad conſiſtentiā mellis, & adde ſucci lactucæ, apij, cichorij ſilveſtris an. drach. iij Cāphoræ drach. j. cum cera modica, fiat unguentū, quo ungatur iecoris regio. Sic parata unguenta magis probamus, non ſolum in peſtilentia, verùm etiam in alijs continuis febribus, quàm ſi pulveres integri adderentur, quo enim pacto craſſiuſculi illi pulveres, & cum ſuccis aut oleo admixti, partem afficere poſſent? Parabuntur etiā ſimilia unguenta pro corde ex radice tormentillæ, zedoaria, Roſis, & id genus alijs. Inſtillabis etiam in utramque aurem aliquot guttulas olei ſalviæ, vel caryophillorum, cum tantillo moſchi. Ego ad hanc rem ſic paro olea: Recipe nucis moſchatæ, unc. j. caryophill. cinamomi unc. ſem. ſalviæ ſiccæ unc. j. amigdalarum

unc. ij. fiat omnium pulvis, quem irrorabis aqua vitæ, & exprimes, ut amigdalinum: utere ut dictum est: Eodem oleo inungere poteris tempora & nares: proderit etiam ore continere corticem citrij mali, cinam, zedoariam, angelicam & similia. Rustici nostrates olfaciunt rutam: placet etiam Spongia madefacta aqua cinam, aceto Ros. aqua ros. ut globulus odoratus, qualis hic est, Recipe ros. styrac. caryophill. an. unc. ij. rad. irid. flor. unc. iij. moschi scrup. ij. fiat globulus. Alij maceratos in aceto cariophilos mane assumũt, & aceto faciẽ, axillas & pudenda abluunt. Medici Germani radicem petasitis derasam, aceto per noctem aut amplius infundunt, eiusq; radicis frustulum saccaro conspersum ad præcautionem mane exhibent. Nos verò eandem radicem vino albo aut absynthite macerabamus, hoc mane addito saccaro bibituri.

CAPVT. IX.

EA autem quæ in præcavendo morbo per os assumuntur, partim in ale-

xiterijs, partim in medicamentis posita sunt: medicamenta verò salutaria speramus, quæ corporis primam regionem expurgant sine humorum exagitatione. Cavendum est enim ne acrioribus medicamentis profluvium alvi faciamus, quod est pernitiosum in hoc affectu. Nam constitutione pestilentiali, levissima occasione commoventur humores & impetum faciunt in ventrem: talia autem sunt Rhabarbari & agarici infusiones, factæ in decocto earum herbarum, quæ huic veneno resistere sunt natæ, addito syrupo ex infusione ros. pallid: Violarum, Cichor. comp. & eiusmodi alijs, quæ pro ætate, consuetudine & temperamento, à prudenti medico præscribi poterunt. Ego tamen in pueris utor, sic condito, Rhab. Divide Rabarbarum in taleolas tenues, quas humectabis cum vapore vini albi, postea vero infundes cum Cinnamomo per diē unum naturalem, in aqua rosarum aestate: hyeme vero in vino albo & aqua simul mixtis, & cum colorem in aquam Rhabarbarum deposuerit, amovebis eam aquam, per inclinationē, & de integro novam

vam

vam affundes, idque repetes, donec aqua à Rhabarbaro non tingatur: Tunc accipe asservatas illas aquas, & igne tepidissimo decoque ad dimidium, postmodum addito saccaro, vel melle iterum coquatur ad consistentiam syrupi perfectè cocti, & rursum Rhabarbari taleolas admisce syrupo: dato pueris duorum vel trium annorum coclearia duo vel tria, qui sunt provectioris ætatis talleolam unam assument cum syrupo. Hoc enim remedio non solum eos à peste defendes, sed lumbricos etiam necabis & deturbabis, si qui fuerint in intestinis: vel sic divisum Rhabarbarum misce cum syrupo violarum, cichor. aut ros. & cum substantia Rhabarbari molliuscula fuerit, recoque syrupum, & cum refrixerit, admisce iterum rhabarbarum cum cinamomo & caryophillis, dato iiij. aut v. taleolas cum duobus cochlearibus syrupi. Adultioribus verò, delicatis tamen, solemus hyeme, pillulas ex rhabarbara aloë, agarico, senna & myrobalanis, præscribere, pro diverso vitæ instituto & natura cuiusq; varia, æstate verò ex ijsdem vel similibus diluta parantur. Modus autē

talis eſt, accipe rhabarba: unc.j.ſem.agar. unc. j. ſennæ mund: unc. iiij. Cinam. unc.j. zinzib. ſcru. ſem. aniſ. fœnic. dulcis an. drach.ij. reducito in pulverem craſſiuſculũ, quẽ irrorabis aqua vitæ, poſtea macerabis in aqua boraginis aut communi: quã cum ſatis colorata fuerit percolabis, poſtea ſimilem aquam affundes ſuper fæces, & macerabis ut prius, percola & exprime, percolatum lento igne decoque ad conſiſtentiam mellis, & addito ſaccaro adſervabis in uſum, dato tres pillulas pro drach. ſem. plus vel minus, ꝓ ratione ætatis, virium & temperamenti. Novimus in Anglia Baptiſtã Agnelli, qui in arte diſtillatoria conſenuerat, is fœliciter utebatur ſequenti opiata tẽpore peſtilentiali. Recipe agrim. abſynth. rom. an. M.ij. Mentę M.j. aniſi unc.ſem. ſennę unc.ij. fiat decoctio in aqua communi, per quatuor horas, deinde fiat fortis omnium expreſſio, expreſſo adde ſaccari unc.j. caſſ. mund. unc.ij. fiat in modũ opiatę, de qua accipies unc.ſem. purgat enim leniter & ſine ulla humorũ agitatione. Alij ſirupo roſar. addunt mannam, conficiuntq; opiatam.

Omnes

Omnes etiam comendant pillulas Ruffi, ſeu communes ex aloe,croco & mirrha, non tantum quòd ſuccos vitioſos educant, ſed etiam quia putredini adverſantur,cor,iecur, & alias partes corroborant, humiditateſq; abſumunt, quæ huic malo magnam præbent occaſionem, ut autor eſt Avicennas. Quibus autem minus grata ſunt medicamenta, ijs ſœpius cliſtere ſubducenda eſt alvus: quibus vero ſolus, vel cum reliquis humoribus ſanguis abundantior fuerit, his detrahendus eſt, poſt præcedentes vacuationes, præſertim ſi huic remedio conſuefacti fuerint, magnas & amplas venas habeant, atque etiã nimio vini potu & eſu carnium toti diffluant.

Lib.4 fen.1. cap.4.

CAPVT. X.

Corpore igitur ſic leniter p intervalla purgato,mane ieiuni aſſumẽt drac.j. iſtius opiatæ.Rec.theriac veter dra.j. onſervæ florum tunicæ roriſmarini ana. drach. iij. cũ ſucco mali citrij uniantur in formã opiatæ. Vel ſic:Recipe rad.angelicæ

zedoar.tormẽtil. an.unc.j.Cinamo.drac. ij.corticis citri drac.j.hęc in pulverẽ ducta coquantur in aqua roſacea per ſeſquihoram, exprime fortiter expreſſum, coque cum ſaccaro ſufficienti ad conſiſtentiam mellis,& fiat opiata: vel conficiatur electuarium per tabellas: eodem modo ex ſucco recentium baccarum juniperi cum ſaccaro fit opiata perutilis, ad refrigeratũ ventriculum, deturbandas arenulas è renibus, & confirmandas partes principes: vel decoquantur contuſæ baccæ in aqua communi, ad tertias percolatum coquatur, ut ante monuimus. Ex bolo,zedoaria,gentiana,& angelica fieri poſſunt trochiſci cum ſucco boraginis, Scabioſæ aut pimpinellæ. Nobis familiaria magiſque grata ſunt hæc quæ ſequuntur. Accipe citria mala in multas partes diviſa,x.numero, ſummitat, borraginis M.j. vini albi odorati lib.iij. diſtilla in vaſe vitreo & extillabit aqua limpidiſſima odorata & guſtui grata, accipe huius aq; ieiunus unc.ij. Re.aquæ vitæ unc.iij.roſac.unc.j.ſem.infunde cinnã: unc.iij.ſantal.citri unc.j.traij ceper ſetaceũ,& dulcoretur ſaccaro roſa-
to,

to, accipe unc. j. mane ex cocleari vel cũ pane, ad ignẽ exciccato. Recipe tormen tillæ biſtort. tormentil. zedoar. Enul. cam.ana.unc.j. Morſ. diab.ſcordij, alliariæ, acetoſę ſilveſtris,pimpinellę an:M.ſem.flo rum bugloſſæ, violarum tapſi, barb. ſummittat,rut. an.P.j.ſem. citri. Cardui benedicti an: drach. ij. baccarũ iuniperi drach.iij. Caryophillorũ nuc. muſch.an.drac.j.ſem. theriac.veter.drach.j.ſem.vini albi odori. lib.j.ſem.diſtillentur omnia in baln. Dato unc.ij.diſtillatæ aquæ. Perditiſſimi nebulones quos magiſtratus Lugdunẽſis morte mulctavit ob propagatam peſtilentiã,faſſi ſunt cum ad ſupplicium deducerentur,ſeſe nullo alio remedio defendiſſe,à peſte, quam nuce iuglande,quam ad ignem parumper adurebant , priuſquam comederent. L. Fuchſius aliquãdo in ſuis ædibus, mihi retulit electuariũ de ovo ſaluberrimum & uſitatum eſſe inter Germanos ad præcautionem & curationem peſtilentiæ:eadem de Angelica pollicebatur.

.

CAPVT. XI.

QVoniam initio huius morbi magna pravorum humorum copia, in ventriculo, & circa vias communes continetur, quod dignosci facilè poterit, ex ardore, morsu Ventriculi, siti inexhausta, nausea, vomitu pituitosi, biliosi, vel alterius humoris, tunc auspicanda curatio ab alvi deiectione, cum balano vel communi clystere. Deinde assumenda est drag. una electuarij nostri, cuius compositio ascripta est cap. viij. & tribus aut quatuor horis postea provocandus est vomitus cum antimonio, cuius compositionē ad finem huius disceptationis adscripsimus. Vt autem facilius & minori cum molestia vomant ægri, superbibere debent Iusculum pulli gallinacei, una aut duabus horis post devoratum vomitorium medicamentum: idq; repetent quoties vomendi desiderium iam iam adfuturum præsenserint agroti. Nam pravi illi succi quos antimonium pellexit in capacitatē ventriculi cum jusculo permixti sine ullo

tædio

tædio reijcientur. Est enim vomitus sine cibo laboriosus. Quibus antimonium ad manus non fuerit, accipient unum aut alterum nucleum interiorem nucis peregrinæ Indicę: est enim non minus ori gratus, quàm avellana, aut nux juglans, & tamen vomitum potentissimè concitat, remedium profectò non aspernandum, ut quod nulla præparatione indigeat, semperq; prętò esse possit. Antverpiæ huius medicamenti vires accepimus, à chirurgo Italo, cum illac ex Anglia pergeremus in Germaniam. Postrema navigatione ex Hispania nova, præfectus navium Northmanniæ magnam copiam huius attulit: Arbor, ut ille retulit, toto caudice spinulis horrida est, ut rubus canis, magnitudine pruni nostratis, ramos rectos & crebros profert, in quorum extremo adnasci tur fructus, figura castaneæ, in quo includuntur quatuor aut quinq; nuces, subnigræ, oblongæ, rotundæ, similes avellanis. Hæ autem dehiscente echinato involucro sponte nonnunquam decidunt. Ne tamen raras & ex India asportatas merces, quispiam suspicetur nos falsò in pu-

blicum proferre,istius nucis vires, supplebunt nuclei quinque aut sex palmæ Christi, ricinum vocant: alvum siquidem deturbant,& vomitum concitant vicissim, non infœlicius fortassis quàm antimoniũ Senensis commentatoris. Cavendum est tamen ne cibi dulcedine maiori modo sumantur, hypercarthasim siquidem inveherent, ut hisce diebus observavimus in quodam nobili viro, qui inscio me quindecim nucleos devoravit,parumq; absuit quim vomendo & deijciendo animam efflarit: Nos in Anglia superioribus annis exhibuimus unc. ij. succi erisimi herbæ, cum aquis bugloss. scabios. & card.Benedi.ad excitandas vomitiones, tanto successu,ut eodem tempore, & vomerent ægri, exturbararentq; bubones. Alij distillatam aquam ex acetosa silvestri cum aceto & tantillo vitrioli exhibent, ad solicitandum vomitum. Recipe boli arm.præparat.Cinam.an. drach.unam sem. radicis dictami,tormentil. pinpinellę,gentian.an. drach. ij.seminis citri.acetos.an. drach. unam sem.santalor.omnium, zedoar. angelic. scordij, rasur. ebor. an.

drach.

drach.unam, Cornu cervij unioris, prope caput derasi drach.sem. fiat omnium pulvis cũ triplo saccari : Dosis est drach.unã aut scrup. iiij. ex aqua buglossi, scabios. vel cum syrupo limonum. Ante quindecim annos novimus Chirurgum senem Rothomagi, qui sumtibus publicis alebatur, ut tempore pestilentiali civibus omnibus inserviret: is autem primo morbi insultu sanguinem mittebat (ut infra dicemus) postea calcantũ, ut loquebatur, præparatum exhibebat ad ciendum vomitum non infœlici successu. Idem usus est antimonio antequam Mathiolus comentarios suos in Dioscoridem evulgasset: Præparatio autem calcanthi talis est: exicca diligentissimè vitriolum Romanum, deinde dissolve in aqua, hanc aquã depura per residentiam, depuratam evapora, & vitriolum in forma salis habebis in fundo, quo utere, cum conserva rosarum, anthos, vel aqua buglossæ. Dosis est à scrup.ij. ad drach.unam. Hac de re consule Gainerium Fumanellum, & Amaũ Lusitanũ. In levioribus affectibus, nobis familiare fuit vomitorium ex semine at-
tri-

triplicis,raphani, ebuli genistæ & radice asari. Similes remediorum formas lectores petent ex practicis, meminerint tamē fortioribus in tam magno malo opus esse, ne fiat humorum duntaxat agitatio: finito vomitu æger reficiendus est, cum his quæ multùm & citò nutriunt, ut aqua carnium quæ sequitur: Divide perdicem, caponem aut aliam quamlibet carnem in tenues & latas portiunculas, quas in duplici vase, cū pulvere diamarg. frig. conser. calendulæ, buglossæ & anthos ad ignem decoques, donec in aquam solvantur. Hanc aquam per inclinationē separabis, ægroq; offeres. In eundem usum iuscula refocillantia, & sorbitiones, ex pistis carnibus vel compressis sub torculari, & eiusmodi alijs parabuntur: postea verò ad emendandam noxam, quam ex influxu pravorum humorum ventriculus acceperit, saluberrimum fuerit exhibere aliquid carnis sydoniorum, cum tantillo corticis citrij mali, ut quod vomitus detraxit, cura restituat.

*

CAPVT. XII.

QVibus vomendi desiderium principio morbi non fuerit, vel finito vomitu, hi copiosè si fieri possit sudare debent. Ea enim remedia quæ sudorem movent, non tantum eruptionem bubonum adiuvant, sed etiam pestilentis putredinis seminaria simul cum tenuiore parte sanguinis per angustos cutis meatus educunt. Hoc ipsum liquidò cõstabit, si in lue venerea ponamus exemplum: Etenim eam nemo perfectè curatam dixerit, nisi simul cum bubone suppurato, copioso & repetito sudore, aut qualibet alia pravorum humorum eduxione, virus illud, quod principem partem obsidebat, foras propulsetur: sic nec pestilens morbus curationem recipiet, nisi proximam & coniunctam ipsius causam simul cum humore, quem pro fomite habuit, in proprium emissarium, vel alia conferentia loca, natura deposuerit. In eam ergo curam incumbere nos oportet, ut ea remedia, quæ proliciendo sudori acommodatissi-

ma

ma fuerint deſcribamus. Inter cætera autem quæ à ſecretioris Philoſophiæ peritis excogitata ſunt, primas partes tenet ſal ex abſynthio, & ſcabioſa, ut qui non ſolum minimo modo exhibitus copioſiſſimum ſudorem concitet: verum etiam huic malignitati potentiſſimè reſiſtat. Neque hoc mirum cuiquam eſſe debuit, cũ Hippoc. icterum ſale curari dicat: ſal enim incidendo & attenuando obſeptiones viſcerum tollit, viq; ſua ſiccandi putredini obſiſtit, quæ & peſti & ictero ſœpius iuncta eſt. Hæc ſi ſali, quem cũ cibis expetimus, communia ſunt, multo magis huic noſtro, qui facultatem igneam, eius rei, ex qua elicitur, continet. Iſtius autem ſalis compoſitio talis eſt: Abſinthium Romanum & ſcabioſam combure, in cineremque reducito, cui affunde aquam communem, & decoque per ſexquihoram aut plus eo, percola aquam & aliam affunde, & decoquito ut prius, idq; tãdiu repetes, donec aqua bulliendo ſaporem aut colorem non mutet. Tunc adſervatas aquas depura per filtrum aut inclinationem, & fac evaporare igne lento, & ſalem habe-

bis

bis in fundo & lateribus vaſis, de quo grana decē dabis ex vino albo, aqua bugloſſi diluto, conſerva roſ. vel aqua citrij mali ſuperius deſcripta. Hoc uno remedio quamplurimi ſervati ſunt à peſte anno M. D. LXVII. quo tempore per totam Angliam & Germaniam ſæviebat. Poteris etiam eodem modo & ad eundem uſum parare ſalem ex Angelica, zedoaria, Guaiaco & ſimilibus: monitos tamen lectores volumus, ſudori ficis admiſcenda eſſe ea quæ affectam partem iuvare nata ſunt: ut ſi in iecore malum ſit, dato ſalem ex decocto earum herbarum, quas uſus hepar juvare docuit, idem eſto judicium de reliquis partibus. Hieronimus Flandrus Chirurgus vbi à morbo peſtilentiali Londini fuiſſet confirmatus, audacter cœpit inviſere primum amicos, deinde vero reliquam plebeculam Anglicam, exemplo eorum qui maris aut belli devitato periculo, alacriori animo idem ſubeunt, ſperantes ſeſe non minus impunè gravius effugere poſſe. Quæ in cauſa fuerunt cur ægroti de ſalute minus deſperarent. Ille decem aut xij. grana ſalis è fraxino (quē

ab amico habuerat) dabat illis, è conserva borraginis, anthos rosar. aut aqua card. benedic. vel scabiosæ, & statim totum corpus sudore defluebat, curationemq; ægri recipiebant, aut omnino evicta morbi malitia, aut foras in emissarium acta, quemadmodum nobis & amicis bona fide confirmavit. Isthæc minimè decerpsimus ex ineptissimis nugis Paracelsi, ut meminisse potest doctissimus Andernacus, & in clavicula Adamus à Bodestein, imo ex Gebero & Raimũdo Lullio. Geber ait, ex quacunq; re fit calx, ex calce sal, è sale aqua, seu oleum. Nam si hunc salem aqua vitæ dissoluas, & per v. aut vj. dies putrescere sinas in balneo vel fimo deinde distilles, habebis oleum, cuius guttulæ tres aut iiij. commixtæ cum aqua convenienti, sudorem copiosum excitabunt, ut nos in quartana febre curanda periculũ multoties fecimus, ex oleo educto è sale Chamædrios, asplenij, polypodij, vel fraxini. Quibus autem per otium, hunc salem parare non licebit, utentur sequentibus remedijs, Accipe theriac. unc. iij. Conser. bugloss. anthos. an. unc. unam Scabios.
mor-

morſus diab.Pimpinellæ an. M.ſem.Gentianæ,angelicæ, zedoariæ, Cinam. an. drach.duas flor.chamom. Pulegij an. P.j. ſem.card. bened. drach.j. ſem. terito in pulverem radices & folia,& cum vini albi & aquæ cardui bened. æquis partibus diſtilla in balneo vel cineribus,dato unc.iij. vel decoque milium in aqua communi, donec glumam deponat. Accipe huius decocti unc.iij. vini albi odori:unc. j. ſem. miſce,capiat calidum: ſudorem enim ſolicitat copioſum.Hoc genere remedij utimur etiam in febribus,defluxionibus alijs denique affectibus,in quibus ſudorem ſalutarem fore exiſtimamus: nonnulli provocant ſudorem cum ſex aut ſeptem guttulis olei vitrioli , alij cum oleo ſeminis aniſi. Certiſſimum remedium paratur ex decocto guaiaci radicis,chinarum & zarſæ parillæ addito ſyrupo acetoſitatis citri, aqua theriacali & ſimilibus. Novi chirurgum Antverpiæ , qui ad evocandum ſudorem,ægros involvebat linteamine madefacto decoctione guaiaci,rad. tormentil.ebuli & bardanæ: jn qua etiam diſſolvebat ſublimatum.alij ſuffitum uſurpant,ex

Cinabari, thure & ſimilibus, quorum no-
bis familiaris eſt uſus in lue venerea curan-
da: efficacior tamen eſt aqua noſtra Mer-
curialis , qua ſolemus univerſi corporis
juncturas madefacere ad proliciendum
ſudorem in peſte & lue venerea, de qui-
bus remedijs alibi fuſius diſputabimus:
alij ſuffitum ex thure Cinabari, Antimo-
nio, Caryophillis , & ſimilibus per tubu-
los ſtanneos in lectulum ægri derivant ad
provocandum ſudorem , ea cautione ad-
hibita, ne fumus caput attingat.

CAPVT XIII.

NVnc ad id quod tertio & ultimo lo-
co propoſueram venio, ubi peculia-
rem peſtilen[illegible] curationem expli-
care conveniet: cum primum accedes ad
ægrotum, qui in ſuſpitionem peſtis vene-
rit, dato illi drach. unam ſequentis ele-
ctuarij: Angel. zedoar. tormentil. gentian.
an. unc. unam ſem. card. bened. citri. an.
drach. ij. hæc in pulverem ducta coquan-
tur lento igne , ad duas aut tres horas:
Deinde exprimantur fortiter , expreſſio-
nem

nem coque cum ſaccaro ad conſiſtentiã opiatæ,vel confice electuarum. Huius compoſitionis loco accipies drach. ij. opiatæ ſuperius deſcriptæ,cum aqua diſtillationis citri:interea perquire diligenter, in qua parte corporis venenum delite-ſcat,quod facile conſequi poteris ex ſyndrome ſignorum,de quibus antea ſumus loquuti. Si ergo in jecore ſita ſit hæc labes,adſitq; dolor, punctio & tenſio in inguine,illico extrahendus eſt ſanguis à venis malleoli: quod ſi ſatis ſanguinis non effluxerit,vel ob aliam occaſionem venas illas non liceat aperire,ijſdem locis admovendæ ſunt cucurbitulæ cum ſcarificatione:ante tamen vel poſt venæ ſectionem ſubducatur alvus glande mellea, vel clyſtere communi, poſtea admovendæ ſunt cucurbitulæ inguini qua parte cœpit tumere, & quatuor digitis infra locum affectum contuſa folia ellebori nigri ſylveſtris (conſiliginem Plinij vocant) in modũ cataplaſmatis applicabis. Vt ad emunctorium foras venenum trahatur,radix & folia millefolij cum ſale communi ad eundem modum adhibita, eruptionem bu-


bonum vehementer adiuvant: quemadmodum isti nebulones, quorum facta est superius mentio morituri demonstrarunt: ut nobis fide dignus, nostræ Northmanniæ decus, Dominus de laigle, medicus doctissimus, affirmavit: interrogati enim à prætore quomodo servarentur hi, quos nolentes infecerant, responderunt se hoc solo remedio solitos vocare foras venenum, quod principes partes obsidebat, sicq; servabant quos perire displicebat. Cortex medius nucis juglandis cum sale idem præstat, ut brioniæ, vitis nigræ, & viburni cortex interior. Dum hæc Chirurgus tentabit utetur etiam unguentis descriptis, pro jecore & corde, vel jnunget regionem cordis cum oleo è nucleis vel floribus Persicis, è roremarino per distillationem extracto aut oleo hypericonis. Vel contere exiccatas rosas in pulverem tenuissimum, quem in aqua rosacea decoquito per sesquihoram aut plus eo, exprime fortiter, ut tenuior portio pulveris coctione soluta, traijciatur per linteũ. Percolatum igne lento rursum coque, donec mellis aut unguenti crassitudinem

habeat,

habeat , quo cordis regionem inunges. Hic est modus extrahendi terram (ut loquuntur) à simplicibus, uti nos aliâs ex absynthio, gallis, balaustio & similibus extraximus, ad induratos lienes, sistendum sanguinem hæmorrhoidarum & aliarum partium affectus diuturnos & contumaces: rosis addi possunt cortices citrij mali, arantiorum, & flores gentianæ: ut in Burgundia, rariorum simplicium alumna, ubi frequentissima nascitur: Nos huic unguento dum coquitur, addimus aliquot guttulas succi limonum , ut calore vividiore, & odoris fragrantia maiorem gratiam ineat apud ægros. Si in collo, aut secundum aures tumor apparuerit , reliquaq; alia signa malum in cerebro subsistere commonstrarint, vena frontis incidenda, aut nasi venæ aperiendæ, millefolio naribus imposito aut re alia compungente. Doctiores & magis exercitati Chirurgi jugularem externam pertundunt, nullo hæmorrhagiæ metu aut periculo, ut ipsi periculum fecimus, in diuturnis capitis doloribus : Recentiores sanguinem ducunt è cephalica in parva quantitate,

alij venas quæ ſunt ſub lingua incidunt, quoniam ventrem proximum doloris ſecare oportet, ut Divinus Hippocrates ſcripſit. Optima etiam cum ratione, cucurbitulæ cum ſcarificatione ad cervicem, in dorſo, inter humeros, in brachijs ſunt affigendæ, & infra locum affectum applicanda ſunt ea, quæ modò deſcripſimus. Cum in axillis apparet tumor, mitte ſanguinē è baſilica eiuſdem lateris, in quo tumor ſubortus eſt, quod ſi in utraque axilla fuerit, mitte ſanguinem è Baſilica dextra, poſtea verò exciſa manu interna eiuſdem lateris, ea in parte, quæ è directo minimi digiti, contuſum ſcordium, vel loco eius alliariam admovebis vulneri, ut educatur venenum ad emiſſarium proprium: hoc remedium accepimus ab Epiſopo Monſpelienſi D. Pelleterio cum Lutetiæ eſſet, abhinc quindecim aut viginti annis. D. Hollerius Medicus Pariſienſis olim præceptor noſter, oſtrea viva adhibet, in eum ipſum uſum. Cum aliquantiſper bubo intumuit, admove cepam incoctam ſub cineribus cum allio, addita axungia porci, vel butyro: aut excavatam cepam imple

ple theriaca veteri,& decoque involutam ſub cineribus: Vel decoque malvas, violas, Chamæmeleum herbam & flores recentes meliloti,& hæc cocta piſtentur diligenter & traijciantur per ſetaceum,dein de addito oleo hyperici vel chamæmeli fiat cataplaſma. Nos multum probamus radicem cynogloſſi, ut quæ vim habeat magnam ſuppurandi,ut ſœpius ſumus experti. Superiori anno in Anglia Chirurgi omnes admovebant cataplaſmata ex pomis ſylveſtribus immaturis. Alij malum Punicum minutim conciſum in aceto coctum contundunt, linteoq́; illitum inducunt, non ad inhibendum copioſiorem humoris influxum, ut quidam ſcribunt,ſed ad attractionem: mirum enim quam celeriter in magnum tumorem accreſcat bubo,debet autem cataplaſma vicinas buboni partes contegere, ut ex ijs veluti humorem exprimat in glandula tumentem.Reliqua quæ pertinent ad curationem peſtilentis bubonis lectores petent ex libro Hollerij de febre peſtilentiali,ex Ambr: Pareo, & reliquis qui de hoc argumento copioſius ſcripſerunt.



Hæc eſt fornacis εἰκὼν cum ſuo vaſe, quæ tamen ſejungere conſilium fuit: quò utriuſque figura commodius repræſentaretur. Debet autem vas illud cum tri-

plici collo, ſic adaptari intra fornacem, ut duo canales ab utroque latere producti, utrinque duo adverſa foramina ad latera fornacis pervadant, ſicut extrema illorũ foras protendantur, tertio collo ſuperius prominente. Cæterum fornax hæc ſic intus vaſe compoſito, lateribus aut tegulis ſibi invicem applicatis, eo modo obtegatur nec ubi dehiſcat calori igneo conſervando: oſtiolum quod apertum vides, partim inijciendo igni, partim fovendo inſerviet, ne aeris Inopia elangueſcat. Alterum vero quod ſubeſt oſtiolum, cineribus educendis deſtinatum eſt, curabis igitur luculentum ignẽ accendi, donec vas terreum totum rubeat, hoc ſœpe fit ſpatio unius vel dimidiatæ horæ, tum proijcies drach. j. antimonij crudi in vas illud per collum ſuperius prominens, & illico obturabis epiſtomio terreo, aut vitreo, & confeſtim aſcendet antimonium ad canales, qui ſunt ad latera fornacis, parte quidẽ ſuperiore albiſſimum, inferiore verò ſubrufum: & aliqua mora interiecta, ut excoquatur perfectius. Denuo tantundem antimonij crudi conijcies in prædictum

vas ut monuimus. Idq́; tamdiu repetes, donec videas canales illos præparato antimonio ſemiplenos. Tunc ſubduces ignem, & cum vas refrixerit, ſeparatim, effracto prius vaſe, colliges antimonium, relictis in fundo fæcibus, quarũ nullus in Medicina uſus. Vtere ergo rufo illo antimonio, ut declaravimus capite undecimo. Album vero adſervabis in alium uſum, præſertim ad oculorum morbos & alios affectus corporis graviſſimos, qua de re alibi fuſius diſputabitur.

FINIS.

AVX LECTEVRS.

CEST HYDRA, que lon dit, que Hercules deffit:
N'estoit q'un mauuais air du lac de Lerne issant,
Quil corrigea si bien, quil ne fut plus nuysant,
Dont le peuple obligè, feste & Ieux luy en fit.
Apres luy, le pareil Hyppocrate entreprit,
Deliurant son pais des long temps languissant:
Dont tel honneur luy fit, qu'à Hercules puissant
Plus son image en or en lieu public luy mit.
DROET donc decouurant les refuys & cachettes
De c'et Hydra Meschant non encor apperceuz,
Et d'armes fournissant contre elle si ualides.
Armes prises du sein, parties plus secrettes.
De Nature admirable encor à peu cogneuz,
Sera il poinct receu au rang de ces Alcides?
Or puys que maintenant la beste est découerte,
Tout son terrier fouillè & recoings éuentez,
Quon luy donne la chasse & ne uous contentes,
De scauoir ou elle est, faict luy guerre ouuerte.
Vous pouues maintenant la poursuyure à sa perte,
Et marcher seurement sans estre espouuantes,
Ny craindre ses effortz parauant indontes,
Voicy pour l'arrester & sa mort toute apperte.
S'on luy a iusque icy faict quelque attainte & breche,
Ce'nest que comme à coups de pierre, d'arc et fleche.

Mais

Mais uoicy dont l'aſſaut bien plus fier on luy liure,
Voicy l'artillerie & canons pour deſtruire,
Ce monſtre furieux, ſans qu'il puiſſe plus nuyre,
Donc qui ſ'en ueult ſauuer ait recours à ce liure.

FIN.

